

CAP. IIX.

De

Oculorum Morbis.

**O**culorum morbi sunt vel parti-  
um eos ambientium vel consti-  
tuentium. Partes ambientes  
sunt palpebræ, cilia & caro angularis,  
igitur

I. De Palpebrarum vitiis      *Morbi  
Palpe-  
brarum.*  
Quæ sunt

INTUMESCENTIA Palpe-  
brarum, Græcis Εμφύμα, Est tu-  
mor palpebrarum laxus, mollis, œdema-  
ti similis, sine coloris mutatione.

Causa est vel *interna*, nempè muci-  
lago superflua residua sive indigesta ul-  
timi alimenti materia; Liquor ante-  
quam per saltem in Tartarum perfectum  
coagulatur, mucilago dicitur & nisi sal  
accedat Tartarus generari non potest;  
Generatio enim tartari est in sale &

G 2      *mucila-*

100 Prax. Chymiatr. Sect. I.

mucilagine. Paracels. cap. 3. demor-  
bis Tartareis pag. m. 287. & 288.

**Curatio**

Curatio est facilis, quia Tartarus nondum est generatus. Paracels. loco citato. Adhæc, generationem Tarta-ri esse in sale & mucilagine. Archæus quoque adgit, quia morbi faber est, horum enim trium uno deficien-  
te generatio Tartarei morbi non siet  
& hoc ratione morbi melius est. Ad  
hibitis calentibus linteis dissipatur, sa-  
pè sponte evanescit, & si perseveret,  
sat fokus cum spongiâ ex decocto emol-  
liente & dissipante, & inungatur oleum  
philosophorum &c. Imponi etiam potest  
Empl. de vigo sive Mercurio, quodvi-  
de apud Paræum in Thesauro Chyrurg.  
lib. xxv. de medicament. facultat. &  
composit. pag. m. 613.

**Causa**

**externa.**

**Curatio.**

Vel Externa, ab iictu 1. Apis aut ve-  
spa, tum aculeus exitendus, animalcu-  
la contrita imponenda, vel spiritus mel-  
lis aut mel ipsum inungendum. 2. A-  
ranea, tumque Theriaca inungenda aug-  
pulvis bufonis combusti in duplicato  
linteo imponendus, 3. urtica, ubi locus  
vino tepido abluatur, & ol. oliyarum  
aut

## Cap. IIX. de Ocul. Morbis. 101

rosar. Philosophorum, vel succus plantaginis illiniatur.

ΤΡΑΧΩΜΑ est internæ palpebra- Τραχωμα  
rum superficiei asperitas cum rubidine μελ.  
& pruritu; nonnunquam & cum pustu-  
lis seu tuberculis semina fucus vel miliij  
referentibus. Vnde tres ejus gradus. eius gradus  
1. Cum palpebrae, si invertantur, inæ-  
quales ac asperæ apparent, cum tube-  
dine & pruritu. 2. cum præter modo di-  
cta adhuc ad sunt manifesta jam asperitas  
ac rubor, adeo ut emineant quasi granu-  
la fucus, Græcis dicitur σύκωνς. 3. Quan-  
do inveteravit malum & pars interior  
palpebrae exulcerata est ac scissuram &  
callositatem contraxit, dicitur & pal-  
pebrae callositas, Græcis ώλωσις, Huc  
pertinet & scabies sive ψωροφθαλμία.

Horum causa est mucilago Tartarea-  
Salina secundum propositos gradus co-  
agulata.

Curatio præmissis universalibus, nem-  
pè Tartarum solventibus & purganti-  
bus, apponatur cum petiis lineis ungu-  
entum roscinum additâ tutia, vel mixtus

102 Prax. Chymatr. Sect. I.

ta palpebris inungatur. Præstantior se-  
quens

## Aqua Ophtalmica Cæru- lea

Rec. Calcis viva benè usq; & in  
frustis integris, quæ aëris vel aquæ  
injuriam non passa sit lib. IV. pone in  
vase ampio stanno & superfunde aq.  
pluviale aut fluviale usque ade-  
minentiam dimidii pedis, sine lente  
resolvi & agita subinde spatulâ lig-  
nâ usque dum aqua benè impregna-  
ta sit sale calcis, quam filtra & ser-  
va usui. Hoc tercia vice replete cum  
aqua recenti & singulas filtrationes  
seorsim serva. Nunc Recipe aq. pri-  
mæ part. i. secundæ part. ij tertiae  
part. iii. misce invicem & in lib. j. hu-  
jus aquæ dissolve drachmam unam  
falsis armoniæ, infunde dissolua-  
tum hanc vasti cæprio aut aero, &  
recine in eo duodecim aut quindecim  
horas vel usque dum instar Sapphi-  
ri orientalis ringatur; Post filtri co-  
atæ

Cap.IIX.de Ocul. Morbis.103

ete & usui serva in ampulla ut  
irea.

Cujus gutta una vel altera loco affe-  
cto instillari possunt, vel solæ, vel si ni-  
mio sale imprægnata sit, ut teneriores  
personæ vel loci molitie ferre nequeant  
cum aquâ fœniculi, rosar. plantag. &c.  
permulceri poterit.

Hæc aqua tibi erit instar omnium,  
quæ alias ex Tutia, vitriolo albo, &c.  
cum aquis destillatis fiunt collyria. Ma-  
gnarum quoque virium est *Spiritus Ta-*  
*baci* guttæ aliquot aut grana quædam  
*Salis ejusdem* in aq. *Euphrasia*, *florum*  
*Cyan.* *fœniculi*, *rosarum*, &c. diluta;  
aut illa non sunt in promptu parata  
Rec. *Cinerum Tabaci*, infunde cum mo-  
dò dictis ex herbis ophtalmicis destilla-  
tis aquis calidis, post filter & adhibe pro  
arbitrio. Nota, quod medici sit Col-  
lyria probare, et si nimis acrida & mor-  
dacia cum aquis prædictis demulcere  
in quantum sufficit. Extemporaneum  
est medicamentum palpebris inversis  
*salivam Tabaci* fumum tubulo jejunè  
hauientis plumâ leviter illinire. Post  
adhibita hæc topica statim oculus cum

104 Prax. Chymiatr. Sect. I.

lacte tepido vel decocto emollienti fo-  
mentari potest.

Inversio  
qua.  
Excep-  
tio.

vel  
λαγό-  
φθαλ-  
μο.  
Causa.  
Et

Charac-

Paralysis  
Oculi.

IN VERSIO quæ est vel ἐκτρο-  
πιον, cum interna palpebra inferioris  
pars invertitur & dorsum trahitur, ut  
cum deformitate videatur & instar ru-  
bræ carnis appareat, neque cum supe-  
riore committatur, sed pendet atque  
hiat. Vel λαγόφθαλμος cùm su-  
perior sursum trahitur, ut oculum  
totum tegere non possit, sed per som-  
num etiam aliquando apertus mater o-  
culus. Oriuntur vel à convulsione &  
paralysi, quæ curantur ut convulsio &  
paralysis communis. vel à vulnere vel  
ulcere oculi malè curato, quæ incisi-  
onem requirunt, de quâ vide Chyrur-  
gos.

LAGOPHTHALMUS infantium  
consuetudine malâ inductus contra-  
riâ consuetudine corrigendus, pannis  
scilicet nigris cunas circa caput obvol-  
vendo & ad pedes luculam aliquam  
statuendo, quam continenter infantes  
aspiciant.

Paralysis Oculi, cum palpebrae spon-  
tane attolli non possunt, raro accidit sine  
alia

aliarnm partium resolutione & ~~diffi-~~  
culter curatur.

## II. De ciliorum vitiis.

Et sunt HORDEOLUM quod  
est tuberculum in summâ palpebrâ suc-  
crescens è palpebrâ margine & è cilio,  
oblongiusculum & in abscessum ferè  
desinēs, grano hordei simile. GRAN-  
DO est tuberculum rotundum, trans-  
lucidum huic atque illud mobile. LI-  
THIASIS similis ferè affectus ; vide-  
licet in palpebrâ generantur nodi & ex-  
crescentiae & aspera quædam corpora la-  
pidis instar dura & oculos prementia.

Causa est *Tartarus coagulatus*, à quo  
sal coagulans discessit, quod constat ex  
eo, | quod nullus adsit dolor ab intra.  
*Paracels. lib. de morbis Tartareis cap.*  
3. pag. m. 287. sub lit. c. *Sal discedit,*  
*mucilago est corpus, Sal coagulans, &*  
*post factam coagulationem abit in ex-*  
*crementum.*

Curatio. Hartmannus jubet horde-  
um lejuno ventriculo sæpius masticatum  
applicare. Alij, corpore musca capi-  
te abjecto locum tricare; Ego horde-  
olum manibus aperire soleo gypseam-  
que

*Hordeo-  
lam.*

*Grande.  
Lithiasis.*

*Causa.*

*Curatio.*

106 Prax. Chymiatr. Sect. I.

que materiam eximere, post bals. sulphur. Therebinthino leviter tangere & parvum emplastrum de galbano aut ammoniaco imponere. Potest quoque, si suppurari non vult secari.

μαδά-

ρωτις.

Causa.

Curatio

ΜΑΔΑΡΩΣΙΣ est pilorum desluitum in ciliis, aliquando rubedine turgentibus & lucentibus. Causa est vel materiæ defectus vel humor radices eorum erodens. P.P. Laudatur sequens,

R. Nuc. avellan. ust.

stercoris murium torr. ana 3j.

pingued. Vrsi 3ij.

M.F. linimentum.

τριχί-

ωσις.

Causa.

Curatio.

ΤΡΙΧΙΑΣΙΣ est, cum pili introvergentes sub cæteris nascuntur, qui tunicas oculorum pungunt. Causa est apertio inconuetorum pororum, ad interna respicientium, ex quibus pili pro dispositione erumpunt. Curantur evulsione, de quâ vid. chyrurg. quam iunctio latticantis & sanguinis ranarum viridium excipiat.

ΦΕΙΠΙΑΣΙΣ est pediculorum proventus ex excrementi fermento & semi:

## Cap. IIX. de Ocul. Morbis. 107

Semine; adlunt & per contagium. Præ. (Curatio:  
stantissimum est sequens.

Bz. Vng. rosat. ʒ. ʒ.

Sulphur. vī.

staphis agriæ ana ʒ.

Mercurij alb. precipitatō

& benè edulcorati ʒ.

M. F. unguentum.

Vel tantum locus fricitur, pannicu-  
lo isto quo aurifabri in deauratione u-  
si sunt (den lappen, uuelchen die golds  
chmidt beim vergulden gebraucht) Mer-  
curio enim imprægnatus est, qui pedi-  
culorum infensissimus hostis.

## III. De carnis angularis vitiis.

ENCANTIS est caruncula Encant  
anguli majoris præter naturam ex- this.  
crescentia & Eminentia.

Causa est nimis laxa & mollis glan- Causa  
dulatum intra tunicam dispositio, que  
cum ideo officium separationis ritè  
peragere non possit, à copioso realimen-  
to affluente porisque se insinuante ob-  
ruitur

108 Prax. Chymiatr. Sect. I.

reducitur & magis distenditur, ideoque & majori solitâ mole excrescit. Mala pterygiorum curatio aliquando causa antecedens esse potest.

**Cura** *tio.* Curatio fit vel per medicamenta superfluam carnem absumentia ut sunt Flores æris, vitriolum calcinatum, alumen ustum, Aq. fort. ung. Ægyptiacum, Apostolorum &c. vel sectione aut cauterio de quibus vid. chyrurgos. Cautè agendum est, ne dum studemus superfluam carnem auferre ulcus immedicable inducatur, nec tota caruncula absumenta, ne affectus contrarius Rhyas sequatur.

**Rhyas.** RHYAS est caruncula anguli majoris imminutio vel absuntio cum involuntario tachrymarum effluxu.

**Causa** *et* **Curatio.** Oritur vel ab incisione, quæ incurabilis: Vel à medicamentis vimis corrosivis adhibitis, ubi Sarcotica, si non plane exesa fuerit, præstant, ut sunt ol. Philosophorum, item Aloës, crocus Martis, vitrum antimonii in pulverem impalpabilem redactum &c. Vel ab Epiphora de quâ jam:

EPI.

**Cap. IX. de Ocul. Morbis. 109**

EPIPHORA est copiosa te-  
nuis acris & salsi humoris sub specie  
lachrymarum in oculos prater natu-  
ram facta fluxio.

Galenicis Ephiphora siboles est **Causa**  
charri à cerebro ad oculos ruentis, de  
quo vid. cap. præced. Quod si verò  
veram causam ex anatomia corporum  
naturalium spectemus, erit siccum reso-  
luum, non humidum propriè dictum,  
sive *Sal Tartari* resolutus in ipsis glandu-  
lis, non ex cerebro eò defluens; In glan-  
dulis enim sit separatio alimenti ab ex-  
cremento è quo *Tartarus* concurrent  
spiritu Salis generatur. Sal coagulatio-  
nis causa est, vid. Paracels. libro de mor-  
bis *Tartareis* cap. 9. pag. m. 297. item  
cap. 3. pag. m. 287. Item cap. 5. pag. m.  
290. Item cap. 12. pag. m. 302. Item  
*Paramiri* libr. 3. de origine morborum ex  
*Tartaro* tract. 2. pag. m. 54. & seq. Et  
levi occasione resolvitur, cum proprium  
sali astrum sit resolutio; *Tartarus* gene-  
ratur ex elemento aquæ propterea coa-  
gulationi & resolutioni obnoxius. Exé-  
plo sit *Sal Tartari*, quod facillimè in loco  
humido in liquorē abit, qui vocatur ole-  
um *Tartari* per deliquium, vid. Paracels.  
**lib.**

110 Prax. Chymiatr. Sect. I.

lib. i. paramiri de origine morbo-  
rum ex tribus primis substantiis  
cap. V. pag. m. 45. & 46. Est & epipho-  
ra sine dolore, calore & rubore, que  
provenit ex sero è glandulis profluente,  
non accedente sale corrosivo aut co-  
gulante.

Epiph-  
ra alia.

Curatio.

In curatione præstat Sal Uris ve-  
rum, unicornus minerale in subtilissi-  
mum pollinem redactum, sic & sequens  
**Collyrium**

Collyri-  
um An-  
timonie-  
um.

R. Vitri Antimonii in impal-  
pabilem Pulverem  
conceriti 3j.

Lap. Hematit.

Sang. dracon. ana 3S.

Camphoræ

Aloës

Ireos florent. ana 3j.

Aq. flor. Cyan.  
rosar.

fænic. ana 3x.

Succi ruthe  
chelidom. ana 3ib.

110

**Cap. IIX. de Ocu!. Morbis. III**

Infunde & digere per viginti dies  
in B. V. vel radius solaribus  
sapius vas commovendo &  
agitando.

Quod satis laudare nequeo & in suf-  
fusionibus oculorum carnisque angu-  
laris & palpebrarum exsiccandis & de-  
purandis ulceribus, cuius generis et-  
iam est

**ÆGILOPS** seu **FISTULA LA.** *Aegilops.*  
**CHRYMALIS** que est *Tuberculum*  
*inter majorem oculi angulum & nares*  
*plerumque cum inflammatione, quod a-*  
*liquibus priusquam in ulcus erumpat*  
*Anchilops, post eruptionem si in fistu-*  
*lam dehiscat Ægilops dicitur; aliis an-*  
*te & post eruptionem Ægilops nuncu-*  
*patur.*

Causa est *sal reverberatus aluminosus*,  
quod pulchre deducit *Paracelsus* in lib.  
1. *Paramiri de origine morborum ex tri-*  
*bus primis substantiis* pag. m. 46. Das  
aber reverberirt u wird das ist ein an-  
der Sal, und ist liquidum humi-  
dam: dasselbig distillirt sich uff und  
*ab*

112 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ab in seiner anatomey: und heist reverberatio. Dann ursach kein hitz noch frembde geyte mag ihm in seine substantz geben, sondern zugleicher uweis, uwie uwater und oel nicht gemischt uverden mögen: also mögen andere dinge in das nicht gehen. Also gehen die spiritus ab diesem Saltz h w und u wieder hin; auff und ab, so lang bis es u wirdt eine Mucilago, oder Viscositas, als dann so hat es seine schärffe mehr dann es sie haben soll, also geht es durchaus, das ist die innwendige hitz treibt sein uven für dē leib heraus, als dann so fängt es an auch zu lōchern und dergleichen efferlichen schaden zu machen. Also uvisset von dem Saltz, Dass es sich neiget in sein arth, nachdem und es ist ander natur: Daraus dann viel krankheiten entspringen, die ich im Chyrurgiâ heiße vulnera ærugina-  
fa. Dann ein jeglicher rost, u wirdt von ihnen heraus geeriehen durch seine poros, und am lufft hat es seine operation &c: vide eundem in Chyrur-  
giæ

## Cap. IIX. de Ocul. Morbis. II3

giâ magnâ lib. vij. von offnen Schäden  
in specie von fistulen pag. m. 399. item  
lib. 2. Bertheonea cap. v. pag. m. 361.  
& 362. Tractatu von offnen Schäden  
unde geschwüren cap. VI. de fistula pag.  
m. 575. sinus fit, quando Ægilops non  
sat citò aperiatur, aut quod pus post aper-  
tionem non liberè effluat, sed diutius co-  
hibetur, quo fit ut in subiectas partes  
semper agens easdem exedat excavetque.

Curatio. Tuberculi nondum ra-  
pti superficies secari potest, ut follicu-  
lus materiam continens adimatur. Si  
apertum est, nec tamen satis patet, pe-  
nicillis ulcus amplificandum est. Post  
ad mundificandum ulcus & restinguendu-  
m salem corrosivum optimè valet,  
*Collyrium modò dictum Antimoniale.*  
Item *Aqua ophthalmica Cerulea*, quam  
vide supra, de hâc le Febure in Tracta-  
tu de Chymia. *Hec aqua non habet*  
*sibi æquale, ad omnes affectus oculorū,*  
*absque respectu à quā causā orientur.*  
*Nam sal calcis viva cum sale volatili*  
*urina, quod virtutem salis armoniacis*  
*constituit, permixtus, vitriolum sub-*  
*tile ex cupro & ære extrahit, quod*  
*inseparabiliter reperitur in aqua &*

*Curatio.*

H com-

communicat virtutem refrigerantem,  
mundificativam & desiccativam;  
Dicam insuper, quod haec eria salia ita invicem conjuncta extinguere & depellere possunt omnem malignitatem salium acrum corrosivorum, & mordicantium, quae sanguinis serositat i permixta sunt & que sunt vera causa efficiens non solum doloris, inflammationis & ulcerum oculorum: sed etiam plurim, omnis pruritus, omnis eruptionis & ulcerum, quae oriuntur & in externis humani corporis partibus formantur. Ideoque haec aqua utilis non solum contra affectus oculorum, sed quoque contra pruriginem, scabiem & ulcera.

Commodè quoque adhiberi poterit unguentum tale Hartmanni

Rx. Sulphur. viv.

Aceti fortiss.

Aluminis,

Salis ana 3ij.

Rad. lapath. acut. rec. 3j.

E. Unguentum. \*

## Cap. IIX. de Ocul. Morbis 115

Ægilops herba quibusdam specifi-  
cum est, cuius farina cum plantagine aut  
parietariâ aut portulaca in modum cata-  
plasmatis apponatur.

Paracelsus in Chyrurg. magn. lib. VII.  
von offenen schäden in specie von fistu-  
len, pag. m. 401.

Rx. pl. de ferro,  
de saturno ana 3i.  
Mercurialis ana Diß.

### Misce.

Quo margo fistulæ externa manet &  
vesperi ad dies novem ungatur. Tom.  
I. lib. Paramiri IV. de origine morbo-  
rum matricis, pag. m. 78. Ein loch  
das aus dem menschen frist in den leib  
durch die haut, vvas ist es anders  
dann ein Mineral: vvie ein saltz,  
und neben dem Sal ein grad, ein  
Genus. Darauff nun folget der Col-  
cothar heilet das loch, vvarumb?  
Darumb daß der Colcothar das Saltz  
ist, daß das loch macht. Also heilet  
Mercurius seine locher auch, und  
andere mehr Arsenicalia, und der-  
gleichene Kanstu das auswendig se-

H 2      hen,

116 Prax. Chymiatr. Sect. I.

hen, das vvar ist, und sein unterscheid, so dir die erfahrenheit gibt, daß dis Genus salis das heile, und daß ein ander Genus und arth Salis: Vndt siehest darbey, daß die dinge keine vvunden heilen, sondern die Consolida, Mumia, Balsama heilen die vvunden die nicht salia sindt. Dann vvarumb? die vvunden kommen nicht aus dem saltz, darumb helffen die Salia, vitriola, Mercu-rij, Arsenica nicht. Darumb daß die locher vom Saltz kommen und die Balsama, Mumia consolidaniche Saltz seindt, Darumb helffen sie nicht in den lochern.

Curationem Chyrurgicam per cauterium actuale vide apud Paræum lib. xvij. de multis aliis, quæ Chyrurgiâ cūtantur, affectibus. pag. m. 354. & alios.

Partes oculum constitu-  
entes sunt Tunicæ, humores &  
Nervus. Unde

I. De

**Cap. IIX. de Ocul. Morbis. I. 7**

**I. De Tunicarum morbis** *Morbi  
tunica-  
rum.*  
**quæ sunt.**

OPHTALMIA est adnata tuni- *Opibat-*  
ca inflammatio. Ejus species sunt TA- *mia*  
RAXIS seu PERTURBATIO, *ejusque*  
cum oculi leviter tantum inflammati, *species.*  
cum exiguo dolore & rubore. XE-  
R OPHTALMIA, quæ est, sine  
lachrymis aut materiâ effatu digna ef-  
fluente, sicca inflammatio. EHE-  
MOSIS, quæ est magna inflammatio  
non ad natam solum tunicam sed & cor-  
neam ac palpebras ita obsidens, ut hæ  
quasi invertantur nec claudi possint, il-  
laque supra pupillam intumescat.

Causa est quæ inflammationum, quam *Causa.*  
Galenici sanguinem biliosum statuunt,  
qui cum copiisè float, primò arterias  
majores occupet, deinde minores &  
minimis, tandemque non omnis in ve-  
nas assuntus ad inania spatia perveni-  
at, excire aliquam solutionem conti-  
nui & dolorem, cum rubore vasorum  
turgentium, & lachrymarum affluxum,  
si multo sero sit permixtus: Ast certum  
est in sanguine veras inflammaciones  
non gigni, nisi in eo prius semina in-

1.8 Prax. Chymiatr. Sect. I.

flammationum deluiscent, quæ occasio-  
nem opportunam ad ebullitiones &  
paroxysmos intempestive excitandas  
præbeant. vide Severinum in idem me-  
dicina philosophica cap. XII. de Genera-  
tione & transplantatione morborum. Se-  
mina verò illæ sunt mucilagines tarta-  
reæ, quæ beneficio supervenientis tin-  
cturæ alterius cujusdam impuritatis,  
Sulphureæ videlicet, facile expelluntur;  
Vbi enim impuritates Salino tartareæ &  
Sulphureæ commiscentur, hæ illas ex-  
pellere nituntur; illæ verò renituntur  
& sic lucta intestina oritur, quæ effer-  
vescentiam parit, unde vasorum expan-  
sio & inflammatio,

*Curatio.*

In Ophthalmiâ prodest venæ lectio  
& exhibitis deoppiatibus Spir. vuri-  
ol. Sulphur. ol. luna, purgatio valida  
per inferiora, vitanda verò vomitio;  
Hippocrates Sect. IV. de locis in ho-  
mino; Quod si oculi subito inflamma-  
tionem concipient, nihilominus illi-  
nito; sed fortissime per inferiora pur-  
gato, vitando ne vomitum facias &  
aphor. 17. sect. vij. Ophthalmiâ laboran-  
tem alvi profusivocorripi bonum. Quæ  
sund me cum habent in re & ex prin-  
cipiis

**Cap. IIX. de Ocul. Morbis. 119.**

cipiis Medicinæ fluunt, quæ vide in Idæa medicina philosophica Severini loc. modo citato. Post topica & discutientia, non tamen ob initio statim nisi exactis tribus diebus, ut monent practici, adhibenda: Præstant lac multe bre, quod non diu relinquendum, sed linguis horis mutandum, ne calore oculi acescat & acrimoniam contrahat. Aqua ex albumine ovarum, quæ est hæc apud Hartmannum. Coquantur ova ad duritiem, deinde per medium dissectis ( ungeschobet ) ovis eximantur vitelli, postea cum quibusdam albuminis ad duritiem coctis & renuiter quasi in pultem cum cultello sectis cavernas reliquorum ovarum comple, partibusque debite conjunctis & filo colligatis in cucurbitâ præcisè in medium ex filo suspende, ne spondilia ab iis tangantur. Obstruendo orificio cucurbitæ in MB. colloccatur & coquantur, videbis albumina secta paulatim in liquorem destillare, quem probè ex fundo cucurbitæ collectum ( est nimicum satis exiguis ) cum pennæ plumâ applicare poteris. Aq. fior. Cyani. & Cichorei hoc modo paratæ. Rec. flor. Cyani vel Cichorei ante exortum Solis col.

Aq. ex  
album.  
ovorum.  
Hartm.

Aq. flor.  
Cyani &  
cichor.

120 Prax. Chymiatr. Sect. I.

lectos q. v. coge in vitro angustioris orificii, quod subere & vesicâ bene munitum massâque farinaceâ, ex quâ panis coquitur, bene loricatum alterius panis instar in cibano coquito, post exprime liquorem e floribus & per balneum destilla. Mihi in usu sequens: Rec. Phlegmatis urina ex destillatione Mercurij microcosmi vid. supra cap. vi. collecti, infunde per virginem quatuor horas in pelvem cupream, filtra, adde tutiam, Camphoram, Saccharum Saturni & utere. Paracels. in primo manuali tom. 2. pag. m. 31. sub lit. C,

Rx. Sarcocolla. 3j.

Camphora 3ji.

Tutiae 3ij.

Croci 3j.

distemperetur cum vino & aq. rosar. & oculis bis vel ter instilletur & mirabiliter valer. Possunt & palpebre hoc unguento inungi.

Rx. Vng. alabastr. 3j.

Lap. calamin.

Camphor. trit. ana 3ij.

Misc.

Nec

Cap. VII. de Ocul. Morbis. 121

Nec aliter potui quin bonis Aq. Cæ-  
releam Ophtalmicam emendatiorem  
communicem;

| Rec. | Aq. flor. Cyan.     | Aq.       |
|------|---------------------|-----------|
|      | chelidon.           | opibalva. |
|      | Euphras.            | carul. e- |
|      | rosar. proprio sale | menda-    |
|      | acuatas. ana ibij.  | tior.     |

Superfunde calci viva injuriam  
aëris non passa, cuius sale quoque im-  
prægnatas filtra, adde

Phlegmatis urinæ ex destillatio-  
ne Mercurij microcosmæ  
collect. lib. iv.

Salis ex fæcibus ejus extracti  
vel  
Salis armoniaci ʒiſ,

Stet in vase cupreo aut aurichal-  
cino, donec perfectè colorentur; post  
per aliquot menses soli expone, filtra  
& usui serva. Hæc aqua, quæ in  
oculorum morbis est stupenda, cum  
aquis destillatis simpl. permulceri po-  
terit ad usum pro medici arbitrio.

Croſſe

Crollius in libr. de signaturis rerum.  
Oculi bovis humorum chrystillinum de-  
stillatum, omnibus oculorum vitiis suc-  
currere scribit: Quomodo verò destila-  
letur non addit, Ego hactenus opera-  
tionem non tentavi.

*Ynguis  
oculi.*

VNGUIS OCULI seu PTER-  
RYGIUM est nervosa duriuscula &  
albicans membrana plerumque ex an-  
gulo sese obtendens, & si negligitur,  
non solum adnatæ subtenditur, sed e-  
tiam corneam & pupillam obducit.  
Germanis Das Augenfell.

*Causa.*

Causa est excrementum lentum &  
viscidum partium externarum, à qui-  
bus tunica dicit originem, quod quia  
hæc in se recipere nequit supra ipsam  
propellitur, ubi ob viscositatem facile  
in tunicam concrescit.

*Curatio.*

Præmissis emollientibus egregiè va-  
let, Aqua Ophthalmica Cerulea meæ  
descriptionis modò datæ. Collyrium  
ex sale gemma ʒj. & aq. roscar. fænic-  
ana ʒj. Item Plurimos sanatos vidi  
hoc sequenti, cujus usum egregium pro-  
priâ experientiâ attestari possum, Rec-  
Eudum seu Tartarum matulis adha-

**C. p. IIX. de Ocul. Morbis. 123**

rentem, exsiccata & cum aquâ rosar.  
fiat Collyrium. valet & Lapis me-  
dicamentosus Crollij, Item Specifi-  
cum lucij piscis Hartmanni, quod  
est tale. Rec. Fellis luciorum, q. v. *Specifi-*  
destilla in cucurbitâ usque ad crassitatem, *cum luciâ*  
in aquâ destillatâ solve aliquid cam- *piscis*  
phoræ & postea serva: crassitatem re- *Hartm.*  
lictam extrahe cum sp. V. & spir.  
vini vicissim ab extracto per destillatio-  
nem separa. Hujus extracti & aq.  
Saturniana gr. j. dissolve in prioris aquâ  
gut. 3. vel 4. ac cum pluma in oculum  
mane & vesperi immitte, videbis feli-  
cem progressum. *A*lij ita destillant,  
Rec. exta lupi piscis & una cum felle,  
Iecore ac reliquis visceribus in minu-  
tas partes consernide adjecto manipulo  
sol. fœnic. vel sem. ejusdem contusi,  
tum in alembico destilla & usi serva.  
Inveteratus quomodo Chyrurgia tol-  
latur vid. Chyrurgos.

**PANNUS** Arabibus SEBEL est  
excrecentia quædam super adnatam,  
non ita dura nec membranosa ut un-  
guis, sed mollior & veluti quædam venu-  
latum textura sanguine turgentium.

**Causa** est sanguis venulis adnatæ im-  
pactus easdemque turgefaciens, dum  
lim-

124 Prax. Chymiatr. Sect. I.

limites suos ampliare gestit; Intumescen-  
tia ab iisdem ophthalmiae principiis est,  
sed longè mitioribus.

*Curatio.*

In curatione, quæ de ophthalmia dī-  
cta, locum habent. Quomodo Chy-  
rurgiâ tollatur vide authores.

*Hypo-  
phagma.  
causa.*

H Y P O S P H A G M A seu S U-  
G I L L A T I O est macula rubra seu  
livida à sanguine extravasato exorta cor-  
næ commonis; Sanguis iste si in pus-  
vertatur dicitur Hypopyon.

*Curatio.*

In curatione P.P. Topicæ debent es-  
se discutientia simulque ad stringentia  
E. gr. decoct. roscar. rubr. in vino F. Fo-  
mentum. Tollunt Hyposphagma cali-  
dus columbarum sanguis quod sit; Pul-  
li columbini teneræ plumæ exprimun-  
tur in oculum, qui deinde spongiâ de-  
cocto meliloti imbutâ fomentari potest;  
Celsus ad id multò efficaciorem dicit es-  
se sanguinem pulli hyrundinis, lib. vj. cap.  
6. c. f. Radicem sigilli Salomonis con-  
quassatam & oculo partibusque vicinis  
in formâ cataplasmatis appositam lau-  
dat Hartmannus. Hyssopi coma nodu-  
lo inclusa bulliat in aquâ & tepidè no-  
dulus oculo cruento applicetur, quad tam  
ma-

manifestè sanguinem educere ajunt, ut  
linteum ipsum, sanguinelentum vide-  
atur. verum hoc remedium non sta-  
tim in principio sugillationis, sed po-  
ste à nigrescente jam sanguine adhiben-  
dum suadent. Laudatur & *sal absinthii*  
in aq. destill. Euphras. chelidon. &c.  
Paracels. in Scholiis in poëmata Macri  
de Absynthio p. g. m. 1072. *Mel dige-*  
*ratur cum absynthio ad solem per an-*  
*num, auferit scotomiam si oculos cum eo*  
*perungas; item claros reddit oculos. &c.*  
*Sugillationis* i. e. *cutis fugillata* ein un-  
gevachslene haut, so treibts die mösen  
hinweg, cum additione aquæ flammula.

**GRASSITIES CORNEÆ** est,  
cum substantia ejus ita exsiccatur &  
corrugatur, ut patientes quasi per fu-  
mum videant; inspicienti quasi quæ-  
dam in superficie nebula apparet. Se-  
nibus familiare & incurabile vitium est.  
Oritur vel à defectu nutrimenti, vel ab  
excremento sui alimenti, sæpissimè ab  
incautâ actu frigidorum applicatione,  
præsertim post Ophtalmiam. Cura-  
tur P.P. evaporatione aq. calidæ, in *Curatio-*  
quâ elixæ sint malva, althæa, chamæ-  
mel. melilot. viol. cum fœnugræc. fœ-  
nicul. Euphras. chelidoniâ, valerianâ &c.

*Crassities  
cornea.*

*Causæ*

*In-*

Inspersione cremoris tartari è vino malvatico & instillatione succi chelidoniæ expresso. Laudatur & sequens Rec. flor. rotismarini conde in phiala stricti orificij optimè clausâ & sub terra per 40. dies astivos repone: Aquam è floribus collige & ului serva.

*Albugo  
duplex*

*Nebula*

&  
*Leuco-  
ma.*

*Causa.*

ALBUGO est macula alba cornea ita opacans, ut radij corporis lucidi libere penetrare nequeant. Quæ duplex tenuis & crassæ. Tenuis NEBULA dicitur & est à subtiliori excremento coagulato. Valent quæ modo de crassitie cornea dicta. Albugo crassior, alias LEUCOMA, est: vel ab excremento crassiori coagulato i.e. ut paucis comprehendam Tartarus. vid. Paracels. de Tartaro lib. 1. Tract. 1. cap. 1. in explicatione textus pag. m. 362. Item pag. seq. ad hæc verba; *hujus morbi generatio est naturalis, si transtulit à consueta natura ad consuetum locum) ut si cui albugo contingit in oculis venit in consuetum locum.* Idem innuit per hoc, dum dicit tom. 2. in fragmento Chyrurgico de oculorum doloribus; *So nun derselbe Chrystallin in ihm ausvirfft seine tenebras, dar-*

Cap. I IX. de Ocul. Morbis. 127

daraus wvirdt der Catar. &c, der nageb  
und Albugo, und scheiden sich in  
dem als die statt betrifft. pag. m.

627. Tumque eadem locum habent  
remedia: Hi enim tres morbi non ni-  
si gradibus differunt. Vel à cicatrice post  
vulnus vel ulcus, ubi insuper conveni-  
unt, lachrymae vitis, liquor perlarum,  
nitrum cum oleo veteri tritum & il-  
litum, Pulvis simi hyrundinis, ossis  
sepiæ polleni tenuissimus, Lap. cala-  
minar. ppt. spuma nitri, Saccharum  
Candi, urina pueri non polluti in va-  
se aneo ad calorem cibani coagulata;  
Item, Collyrium Antimoniale, Aq.  
Oph. Cerul. d. n. aq. ex albumine o-  
vorum, Fel lucij piscis, Ludum, de  
quibus suprà de ungue oculi. Hart-  
mannus laudat pinguedinem ex hepa-  
te mustelæ piscis Quappen oder Alrup-  
pen, quæ hoc modò colligitur. Rec.  
Hepar mustelæ piscis, lava in vino & sta-  
tim ita implantetur vitro, ne fundum  
& parietes ipsius vitri tangat, sed libe-  
rè in eodem pendeat, vitrum optimè  
claudatur & exponatur soli aliquandiu  
& hepar fermèstotum in pinguedinem  
flavam destillat, quam collectam serva-

Curatio.

ad

128 Prax. Chymiatr. Sect. I.

ad usum ; qui ille est , ut eundo cubitum hac inungantur palpebrae . Paracels. lib. 1. de preparationibus , ubi de virtutibus Tuisse agit , jubet Tutiam in latere extingueare , in aquâ rosarum per noctem macerare , post aquam rosarum albugini imponere . Item .

℞. Tutia hujus ʒj.

vitrioli alb. ʒvij.

Camphoræ trit. Diß.

In hominibus cum camphorâ utendam monet ne inflammatio fiat . loc. citat. pag. m. 865.

Phlyctenæ  
næ seu pu-  
stula cor-  
rectæ,

PLYCTENÆ sunt pustulæ seu vesiculæ similes iis , quæ ab aquâ ferente excitantur , grana milij circiter magnitudine , annatæ & corneæ tunice communes . Sunt autem aliæ profundæ , aliæ superficiariæ , aliæ magnæ aliæ parvæ , aliæ albæ aliæ nigræ apparent .

Causa .

Causa est Sal resolutus , qui cum expellitur cuticulam exteriorem penetrare nequit , ideoque illam instar tuberculi attollit . Paracels. lib. 1. paramidine

Cap. II X. de Oew. Morbis. 139

zi de orig. morb. ex trib. prim. subst.  
cap. v. pag. m. 46. Nun findet etliche  
Salia, so ein solche zerorechung in  
sie fallen, das sie sich zerschmelzen  
wv wie der schnee: und das in denis  
wveg. So sie zerschmelzen, als-  
dann so ist der wvarme in leibe art,  
die dann auch da ist wwie im Mercu-  
rio, das sie ein solch resolvirt saltz  
aus dem leibe treibet: Dann diesel-  
bige wvarme oder hitze lässt kein re-  
solvirt saltz im leibe nicht bleiben;  
umb viel ursachen wvillen, es mus  
heraus.

Superficiarie pustulæ minus pericu-  
losæ ac profundiores. Suppuratio &  
exulceratio, quantum fieri potest, pro-  
hibendæ, nam si pustulæ rumpantur,  
sæpè in ulcus mutantur. In curatione  
valent, Albumen ovi cum alumine,  
Saccharo & croco, Tertia, Lapis cala-  
minaris ppt. Collyrium Antemoniales  
Ag. Ophi. Carul. d. n. Balsamus Hjæ  
periconis, Sat live saccharum Sature-  
ni, oleum ejusdem rubrum, quod fit  
Saccharum Hjæ. vel potius ol. ejusdem

Curtiss.

pef

## 130 Prax. Chymiatr. Sect. I.

Ol. Sa-  
turniu-  
rum.

per deliq. destillando per retortam vi-  
tream loricatam in excipulum capacis-  
simum, juncturis optimè clausis & igne  
per gradus adhibito, donec rubrae gut-  
tae cadant, nihilque amplius exstis-  
set. In excipulo quatuor diversi li-  
quores reperiuntur, per retortam vi-  
tream loricatam in MB. aut cinere se-  
parandi, prodeunt enim primò spiritus  
ardens, post oleum flavum quod ta-  
men per aliquot dies digestum rubes-  
cit, phlegma, quod denique in fundo re-  
linquitur oleum rubrum vid. Hartman-  
num in Crollium, item Beguinum in  
Tyrocinio Chymico cum notis. cap.  
IV. Item *Sal Lythargyrii* quod Pa-  
racelso *Alumen Saturni* dicitur &  
est idem cum Saccharo Hni. & hoc  
Hartm. Rx. *Fellis anserin. gallinar.* &  
*pistium ana, pare. aq. vitro* Inde,  
*adde mellis modicum, F. linimentum,*  
*quo oculi inungantur.* Quod si pu-  
stulae cedere nolunt se d incrementum  
sumunt, acu argentea perforandæ.

Vlera.

Causa.

V L C E R A O C U L O vel ab ex-  
ternâ, iictu, medicamento nimis cor-  
rosivo, aut re alienâ in oculos illapsâ;  
vel ab internâ, sale nimirum vitiioso sive  
in galcothar sive in plumen dege-

nes;

Cap. II X. de Ocul. Morbis. 131

neret, oriuntur causâ. Hæc pro ratione circumstantiarum duplia sunt  
*Superficiaria*, ut *Επικαύματα* Tuber-  
cula superficiaria cornæ ac adnatæ  
tunicæ plerumque communia, ni-  
gricantia vel colorem cinereum præ-  
se ferentia, & *Κοίλωμα*, quod est ul-  
cusculum circa Iridem latum & minus  
profundum. *Vel profundiora*, eaque  
*Εγχαύματα* pustulæ profundiores  
& magis inustæ. *Βόρειον* ulcusculum  
cavum angustum & durum & pun-  
cturæ rotundæ simile. *Αργεμον* si-  
ve ulcus coronale, quod in Iridis cir-  
culo exortum circa externam ejus par-  
tem rubicundum, circa internam can-  
didum appetet, atque ambientia etiam  
comprehendit. At hæc non ratione cau-  
sarum, sed tantum magnitudine, quod  
illorum aliud latius aliud angustius sit,  
differunt; Id eoque eandem curationem  
requirunt, nempe ulceris mundifica-  
tionem, deterisionem & consolidatio-  
nem; ubi ea, quæ modò de pustulis cor-  
næ & in *Ægilope* dicta sunt, conveni-  
unt remedia pro Medici Judicio adhi-  
benda.

Ad ulcus canerosum & dyssepuloticum  
præter ea commen...tur lac asinum  
oculis immixtum,

Diffe-  
rentia.

*Επικαύ-  
μα.*

*Κοίλω-  
μα.*

*Εγχαύ-  
μα.*

*Βόρειον.*

*Αργε-  
μον.*

*μα.*

*Curatio-*

VULNERA OCULORUM, post venesectionem, consolidationem exigunt. Præstant Aloë, Tutia, Camphora, Sarcocolla, Sang. draconis, Myrrha, Antimonium. Es viride, Item Oleum Lythargyrii sive saturni rubrum vid. supra. Ulmi follicularum mense Ma-ja collectus liquor, Pars albuminis ovi Germanis der vogel, Aqua ex al-bumine ovarum, & sequens Cancro-rum fluvialem; Rec. Cancros flu-viales vivos mense Junio sole & lunâ in Cancro existentibus no. XXXI. & pro pondere horum adde tantum herbæ chelidoniæ totius, contunde hæc simul mixta: iisdemque porro adde sem. foecul. contusi. 3ij. Fabar. Marinæ. ppt. Camphoræ ana 3ß. Caryophyllorum, aloës epat. tutix ppt. ana. 3ij. misce & divide in 3. part. æq. Primam partem in RM. destilla: deinde partem alteram immitte cucurbitæ & destillatañ à parte primâ aquam assunde, rorsomque abstrahē, ut prius; tum tertiam quoque partem infer & aquas antea di-stillatas omnes iterum super infunde, adeoque tertiam vice destilla. Qui vult ex foecib. calcinatis saltem potest extra-hera

Aqua  
cancro-  
rum flu-  
viatil. ad  
oculos.

## Cap. XI I. de Oculi Morbis. 133

here & majoris efficaciam ergo admisce-  
re. Guttæ aliquot ter quaterve de die  
oculo instillatæ mirè conglutinant.

**UVEÆ PROCIDENTIA**  
non est morbus per se, sed ex magis *Uveæ*  
vel minus, sive per vulnera, sive per ul- *prociden-*  
cera, solutâ cornæ unitate accidit. *tia.*

Quomodo à pustulâ superficiariâ  
differat, cognoscitur; Quod hæc un-  
dique nigra & exacte rotunda cerna-  
tur; Illa verò uveæ procidentia aut ni-  
gra aut cœrulea sit, in fundo circum-  
album exhibeat, & pupilla quodammo-  
do divulsa appareat. Curatio ulcus vel  
vulnus respicit intro repulsa uveâ; Sed  
ut rarer hic affectus accidit, ita & dif-  
ficulter, præsertim si inveteratus, curâ-  
tur.

**SUFFUSIO**, alli **CATARACTAM** vocant, *Suffusa-*  
Est Tartari viscosi &  
glutinosi, qui ex proprio nutrimento  
descendit, sub pupillâ concretio, ra-  
dios objecti luminosi impediens. Qui,  
non aliter ac mucilago in lapidibus  
fontium, sic & in margine oculorum  
ex aquis sive humoribus contentis col-  
ligitur. Vide Paracels. lib. de Tartaro  
Tract. 1. cap. 2. & 3. cum annotatio-  
nib. Causa in definitione dicta est. P.

**Curatio.** P. Valent eas, quæ supra de crassitie  
cornea & Albuginae dicta sunt. *Schultes-*  
*tus in Armamentario chyrurgico* part. I.  
Tab. 31. fig. 9. pag. l. m. 63. edit. in 4to.  
Ego, inquit, expertum habeo fel lucii  
piscis modico sacchari mistum, & (post  
purgationem totius & usum vesicatorii  
retro autem sinistram adhibiti) sinistro  
oculo nepotis ex fratre mei instillatum  
suffusionem in principio existentem se-  
ptimanae spatio resolvit. Hoc felle sæ-  
pius feliciter usus est Adrianus Spige-  
lius, qui ad suffusionis principium val-  
de mihi commendavit etiam oleum  
hepatis mustelæ fluviatilis (de quo vide  
Forest. l. II. dis. 35.) ut & aquam oph-  
thalmicam Martini Rulandi & illam So-  
cialem cuius descriptio talis.

**PL.** Fæniculi, Ruthæ, Euphrasia  
verbena, Tormentilla, Betonica, rosa-  
rum, Endivia sylvestris, Callitrichæ  
Anagallidis, Pimpinella, chelidonii,  
Papyri, Peonia, Fol. vitis, Apis, A-  
grimonie & caprifolii ana part. æq.  
Terantur & pridie ponantur trita in  
vino albo; secundâ, in urinâ pu-  
eris venerem nondum experti; Ter-  
tia

Cap.XII.de Oculi Morbis. 135

tiâ, in lacte mulieris: & quartâ in  
melle optimo, quo tempore destil-  
lentur, & ad usum reserventur.

Cataracta perfecta & matura, si nem-  
pe in pelliculam ut vocant, concrevit,  
quomodo chyrurgiâ tollatur, vid. ibid.

II. De Humorum  
Vitiis.

HUMORES in oculo tres sunt, *Humo-*  
*Aqueus, Chryſtallinus & vires*, illi-  
que vel imminuuntur, vel præter na-  
turam augentur, vel obscurantur. 1.  
Imminuuntur, vel alimenti defectu ob-  
vasa obstruta, aut nimium calorem &  
siccitatem per febres ardentes, hecti-  
cas, venerem immodicam &c. quò re-  
ſpiendum in curâ; vel effusione ob-  
tunicas ruptas. 2. Præter naturam au-  
gentur, ob valorum laxitatem, quæ con-  
ſtringenda. 3. Obscurantur à proprio non  
ritè separato excremento; In specie  
humor Chryſtallinus, quando in glau-  
cum colorem mutatur, quod cogno-  
ſciunt ex eo, quod circa pupillam insi-  
gnis

Glauc-  
ma.

136 Prax. Chymiatr. Sect. I.

gnis & profunda apparealbedo, & emnia tanquam per fumum aut nebulam videntur, dicitur GLAUCOMA. Oritur; vel ab alimenti defectu, tumque quasi corrugatur & exsiccatur, ut in senibus; vel ab excremento admixto, de quo modo dictum. In curâ resoluentibus & deopilantibus erit agendum: valet specificè *Pulvis Enphrasia* ad scrup. 1. manè sum tus; & tragæ sequens *Sal. Euphras.* Ruthæ ana 3ij. *Cinnamom. cubeb.* 3ib. sem. fanic 3ji. succin. alb. pps. 3ij. *Sachar.* alb. fin. 3ij. Misc. pro Tragæa. vel sola, vel in spir. *Euphras.* aut van. alb. manè & vesperi data, quantum duæ cuspides cultri capiunt.

*Amyopia.*

AMYOPIA est, quando aliquis obiectum debito spatio, quo alias tani res videri solent, distans exactè videre nequit, & ut cognoscat proprius oculis admoveare cogitur: Quidam vero illud non nisi conniventibus & non nihil clausis oculis agnoscunt.

*Causa u.  
mag.*

Causa est remotor humoris chrystralini situs à tunica retiformi, ob aquæ & vitre, humoris abundantiam; Quam obrem fit, ut radii, ab objecto visibili remo-

remoto emissi & in cornea tunica humoreque Chrystallino refracti, exactè ad debitum retinae tunicae aut nervi optici punctum non colligantur, sed circa idem concursus radiorum formator. Unde necessariò, qui ita constituti sunt, vident objecta remota confusè; Nam distincta visio fieri non potest, nisi radij luminis in ipso punto exactè coëcant. vid. *Cartes. de Homine No. XIX à pag. m. 47. ad 51.* Altera Altera Myopiæ causa est crassities & turbiditas humorum & tunicarum de quibus supra.

Cognoscitur hæc visu externè à eruditudine & turbiditate humorum, neque tales conspiciliis juvantur & ad propinquam etiam caligant. Illa est, si oculi planè appareant limpidi, puri ac fulgentes. ad quod si accedat, quod perspiciliis juventur concavis: & Hic quo magis senescunt, eò longinquius vident & ad extremum ferè senium sine perspiciliis. Cujus ratio est, quod ingrumento senio humores deficiant & tunicae concidant, tumque Chrystallinas debitam à tunicis distantiam acquirat.

### III. Nervorum optico- rum morbus est

*Gutta  
Serena.*

*Causa.*

*Curatio.*

**GUTTA SERENA,** Germanis der schwartzे staar, quæ cæcitas nervorum opticorum vitio exorta, in qua nullum planè oculorum vitium, nisi quod pupilla aliquantum nigror & amplior appareat, animadvertisit. Nervus vero opticus aut obstruitur aut comprimitur; Unde motus luminis nervo optico impressus intencipitur, ideoque occasio animæ varias colorum & lumen idæas concipiendi non datur. Difficulter curatur, & si in principia quid tentandum de copilantibus erit agendum.

### CAP. IX.

*De*

### *Aurium morbis.*

*Paretis.*

**P**AROTIS est inflammatio glandularum pone aures cum tumore, pulsanteque dolore, & ad malas & tempora sese extendente rubore. Est autem alia maligna & pestilentialis, alia